Ex quo apparet in omni aequatione propositâ unâ tantum admittere radicem nempe falsam, duasque reliquas esse imaginarias ac proinde non posse produci Multiplicatione 3 radicum.

Similiter si fuerint $z^3 \propto * + 8z + 9$ s. $z^3 * - 8z - 9 \propto 0$ quorum e priori aequatione positione invenio duas falsas et unam veram radicem cognosco aequationem propositam multiplicatione trium radicum quarum duae sint falsae et una vera produci posse.

Non secus si habeatur $z^3 \propto * + 8z - 9$ s. $z^3 * - 8z + 9 \propto 0$ video priori ac posteriori positione reperiri duas veras radices et unam falsam adeo ut concedendum sit ipsam procreari posse ex multiplicatione trium radicum quarum duae sunt verae et tertia falsa.

Variatione ut nimirum verae evadant falsae et falsae contra verae fit autem hoc Mutando signa omnia + et − quae in secundo 4to, 6to aliisve locis reperiuntur qui numeros pares designant relinquendo 1. 3tij et 5ti similiumque locorum qui impares numeros designant non mutatis. Ut si loco $+x^4 - 4x^3 - 19xx + 106x - 120 \propto 0$ scribatur $+x^4 + 4x^3 - 19xx - 106x - 120 \propto 0$ habebitur aequatio in qua una tantum est radix vera ~~quae~~ 3 falsae 2. 3. 4. quod idem locum habet in aequationibus incompletis ubi pro ista ex imparibus locis desunt quae signis supplendi

Variatione qua quasi quaevis aequatio est reducenda praeparatio et fitque hoc vel ratione

Radicum quorum instituitur ipsis non cognitis vel

Auctio s. diminutio quantitate aliqua cognita, fitque hoc tantum in locum incogniti termini substituendo alium qui eadem hac quantitate major sit vel minor, eumque ubique primi loco subrogando, Ut si augere velimus 3nario radicem hujus aequationis $x^4 + 4x^3 - 19xx - 106x - 120 \propto 0$ sumenda est y loco x et cogitandum quantitatem hanc y majorem esse quam x expressius ita ut $y - 3$ ipsi x sit $\propto$ loco autem xx scribendum est □tum ex $y - 3$ quod est $yy - 6y + 9$ et loco x^3 sumendus est ejus cubus qui est $y^3 - 9yy + 27y - 27$ et denique loco x^4 ponendum est ejus □□ qui est $y^4 - 12y^3 + 54yy - 108y + 81$ Unde si scribamus summam praecedentem substituendo ubique y loco x invenietur

$$
\begin{array}{rl}
y^4 - 12y^3 + 54yy - 108y + 81 & \propto x^4 \\
+ 4y^3 - 36yy + 108y - 108 & \propto + 4x^3 \\
- 19yy + 114y - 171 & \propto - 19xx \\
- 106y + 318 & \propto - 106x \\
- 120 & \propto - 120 \\
\hline
\end{array}
$$

$y^4 - 8y^3 - yy + 8y * \propto 0$ seu deletis ubique y

$y^3 - 8yy - y + 8 \propto 0$ ubi vera radix quae erat 5 jam est 8